

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Klein von

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Klein/ I. U. D. ... Ad  
Memoriam ... Dn. Johannis Gottlieb Möller SS. Theologiae Doctoris ... Omnes  
Academiae Cives, Qua Fas Est, Humanitate Invitat : [P.P. Sub Sigillo Rectoratus,  
ipsa Dominica IIX. post Trinit. M DC IIC.]**

Rostochii: Weppling, [1698]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756287162>

Druck    Freier  Zugang



riac  
orum  
ingenium.

Kl. 241. (3.) <son>





43

PROGRAMMA  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**JOHANNES** *Stein*/

J. U. D. ET PANDECT. P. P. NEC NON  
CONSIST. MEGKL. h. t. DIRECTOR,

AD MEMORIAM

VIRI MAX. REVERENDI, AMPLISSIMI ATQ.  
EXCELLENTISSIMI,

**DN. JOHANNIS**  
*Bottlieb Möller*

SS. THEOLOGIÆ DOCTORIS ET IN ILLUSTRI HAC  
VARNIACA GRÆCÆ LINGUÆ, IN ATHENÆO VERO GEDA-  
NENSI PHILOSOPHIÆ PRIMÆ ET PRACTICÆ PROFESSO-  
RIS PUBL. ORDINARIÆ LONGE CELEBERRIMI, UT ET  
INCLYTÆ ISTIUS REIP. BIBLIOTHECARI

PRÆCLARE MERITI.

D. XI. JULII POST HORAM III. POMERIDIANAM  
PRÆMUTRA SED BEATA MORTE REBUS HUMANIS  
IN URBE PATRIA GEDANENSI EREPTI ,

ET

D. XII. EJUSD. SOLENNI CEREMONIA ET FRE-  
XXII. QVENTI COMITATU TUMULO ILLATI,  
RECOLENDAM ET SANCTE CUSTODIENDAM  
OMNES ACADEMIÆ CIUES, QVA FASE EST,  
HUMANITATE INVITAT.

ROSTOCHII, TYPIS JOH. WEPPLINGII, UNIV. TYPOGR.



Allax & instabilis est nostra omniū  
vita, instar rapidissimi fluminis, instar  
amentati jaculi; sicut sagitta ex ma-  
nu potentis, ita communi naturæ  
lege ad mortem decurrit & excuti-  
tur! Sic vos alloqvor, Gives Omnim  
Ordinum Academicorum Honoratissimi,  
qvando triste ac lamentabile exem-  
plum nobis iterum præbent Exuviae  
VIRI heu qvondam! Maxime Re-  
verende, Amplissimi atq; Excellens-  
tissimi DN JOHANNIS GOT-

LIEB MOLLERI, S.S.Theol.Doctoris, & in Illustri bâc  
Varniacâ Graecarum Literarum; in Atbeneo verò Gedanensi  
Philosophie Prima & Practica Prof. Publ. Ordinarii, ejusdem-  
que famâ ac scriptis Celeberrimi, ut & Inlyte istius Reip.  
Bibliothecarii Gravissimi, si ætatem spectetis, immaturo, si Religi-  
onis fata, deplorando, si Academiæ hujus & Athenæi Patrii  
fortunam, luctuosissimo prorsus obitu d. 77. Julii Gedani mor-  
talium cœtui abs naturâ subducti. Neutro enim dignitatis præ-  
sidio tutus à nece fuit inexhaustæ eruditio, altitudineq; in-  
genii ac sapientiæ seculi mores supergressus DOCTOR, sed  
ejusdem conditionis particeps, ut Roscius qvidam, faciem Li-  
terarii Theatri mutare, ex conspectu discedere, & scenam  
claûdere jubebatur. Qvod qvidem mortis genus incredibili  
Nos dolore afficit, qvod ante diem evenisse, vegetoq; ac vali-  
do ingruisse videatur, cum durare longè diutius atq; prodeesse  
posse censeretur. Durum insuper & asperum est, iis privari,  
qvorum vita exacta, usus & opera in Ecclesiâ, Academiâ & uni-  
versità Rep. Literariâ reputatur, qviq; corde non minus in-  
structissimo, qvam rerum omnium capaci pollent; qvos inter  
B. MOLLERUM Nostrum eminuisse in publicum constat, &  
Bonorum qvorumvis suffragia confirmant. Ac me qvidem tan-  
tò proprius tangit, animumq; tantò magis confundit tristis ille  
nuncius, qvantò familiarior Utrique Nostrum intercedebat con-  
suetudo

Suetudo , quā justissimum semper esse duxi complecti egrēgias,  
& nihil minus quam plebejas animas; sicut vicissim ab iisdem  
redamari non in minimā honoris parte collocare soleo. Sed  
nec in hisceterminis solum concludebatur familiaritas Nostra,  
verūm amplius adhuc dolendum, Nos in B.D. amisisse Compa-  
trem , quin & Collegam , in cuius sinū & gaudia , & penitio-  
res curas effundere licebat, cujusque integratīs , amoris , be-  
nevolentiae , promptitudinis , studii officiique æternū penes  
Nos vigebit memoria ; ita radicibus suis in animo Nōstro defi-  
xa, ut nullā inde vi revelli unquam possit. Qvalem in reliquis  
vitæ officiis sese gesserit, & qvemadmodum vera & fervida pie-  
tas, Domina ista, sine quā virtutes aliae , velut simulacra qvædam  
atqve imagines in somniorum mōrem inani specie illudunt, pro  
suā sede & aris thure calentibus sancto Ipsius corde fructa sit;  
quomodo itidem persuasiſſimum sibi per omnem ætatem habu-  
erit, virtutem in difficulto loco esse sitam, qvò non sine maximis  
molestiis , non sine summo labore , plurimoqve sudore, non  
solum accedere , sed ne adspirare qvidem concedatur, tunc  
luculentius patebit, ubi ad ipsam Celeberrimi VIRI vitam,  
laudabiliter transactam , proprius deveniemus. Cedit interea  
Nobis, inter luctum impensissimum, solatio haut exiguo illud  
TULLII Tuscul. Quest. Lib. I. in fin. Quid melius , inqventis,  
quam in meditis vite laboribus obdormisci, & ita conniven-  
tem somno consopiri sempiterno? Quod si fiat, melior Ennii  
quam Solonis oratio: hic enim noster,  
Nemo me lacrymis decoret (dixit) neque funera fluctuFaxit.  
At vero sapiens ille:

Mors mea ne careat lacrymis : lingvamus amicis

Mærorēm, ut celebrent funera cum gemitu.

Nos verò (sic pergit divinus CICERO) si quid tale acciderit,  
ut à DEO denunciatum videatur, ut exeamus è vitâ, leti & ac-  
gentes gratias pareamus, emittiique nos è custodiâ, & elevare  
vinculis arbitremur, ut aut in eternam & planè in nostram  
domum remigremus, aut omni sensu molestiaḡ carcamus. Sis

autem nibil denunciabitur, eo tamen simus animo, ut horribilem illum diem alis, nobis faustum putemus, nibilq; in malis  
ducamus, quod sit vel à Deis immortalibus (ut more Gentilium  
loquitur) vel à naturâ, parente omnium, constitutum. Non  
enim temere nec fortuitô satis & creati sumus, sed profecto fuit  
quædam vis, quæ generi consuleret humano, nee id gigneret  
aut aleret, quod cùm exantlavisset omnes labores, tūm incide-  
ret in mortis malum sempiternum; porrum potius paratum  
nobis & per fugium putemus. Quò utinam velis pannis perve-  
bilicent! sin reflantibus ventis rejiciemur, tamen eò paulò  
zardius referamur necesse est. Quod autem omnibus necesse  
est, idne miserum esse uni potest? Hucusque TULLIUS.  
Cùm itaque ad summum illud, nullisq; finiendum seculis do-  
miciolum ascenderit B. DN. D. MOLLERUS, nullam morbi vim  
aut cruciatum amplius persensurus, nil reliqui esse putamus,  
quam ut ad veterum exempla Nos componamus, & Funus Ipsius  
us publico elogio à conditione vulgi discernamus. Cujus ne-  
gotii expediundi tanto major subest ratio, quanto clarius ex  
ultimæ ipsius voluntatis tabulis constare accepimus, triste hoc  
officium, quod jure quodam suo B. D. à Nobis postulare poterat,  
flagranter eum expetiisse. Formæ proinde & corporis ornamenta  
artifici relinquentes depingenda. Nos virtutes animi, optimè  
Nobis cognitas perspectasq; delineabimus, facto ab ipsis vi-  
tæ incunabilis atque ortu ejus splendido principio. Ut verò tanto  
conspexitior reddatur virtus & fama DOCTORIS celebratissimi,  
vitam propriâ ipsius, lecto ferali affixi, manu, languidâ illâ & in-  
firmâ, exaratam testimonii Theologorum Meritis in Orbem  
Orthodoxum Immortalium, B. DN. D. CHRISTIANI KORT-  
HOLTI, Professoris Theol. Primarii in Acad. Kilonensi &  
Pro-Cancellarii, dum viveret, Perpetui, &c, quem in sero san-  
tos Decori Academie hujus servet DEUS! Max. Rev. An-  
pliſſ. Excellentissimique DN. D. JO. FECHTII, itidem Professo-  
ris Theologi Celeberr. Consist. Duc. Assess. Graviss. & FCtis sua p. eti  
Decani, DN. COLLEGÆ ac Fauoris Nostri Conjunctissimi;  
tum

eum & illius, quo Funus ejus nuper admodum indixerunt DN.  
RECTOR & PROFESSORES INCLYTI ATHENÆI  
GEDANENSIS; denique etiam notabilioribus quibusdam ex  
Epistola Etæ Nobilissimi atq; Consultissimi DN. JO. GUILIELMI  
PFENNIGK, J. U. D. Juventuti Nostre perbari, ut &  
Illustriss. Regim. & Cancellarie Megapolensis Advocati  
Solerissimi, Amici nostri assumatissimi (quæ B. D. Gradus  
Baccalaureatus in S. S. Theologiâ Spartamq; pariter Professe-  
riam in Atheneo Gedanensi, Dignitatibus aliis tunc acceden-  
tem, gratulatus est, & pleraque in laudem ipsius hinc inde disper-  
sa, velut in idem quâdam, conspicienda præbuit) de promptis il-  
lustrabimus. Is autem lucem hanc adspexit Gedani, Prussiæ  
Metropoli D. IV. Januar. cl̄ loc lxx. St. N. qui cum xxii. De-  
cembr. cl̄ loc lxix. Juliani coincidit; PATRE satus VIRO Pere-  
quâm Reverendo atq; Amplissimo DN. SALOMONE MOL-  
LERO, primum ad Aed. S.S. Trinit. ibi deinde Symmisiâ, postea  
ad S. Johannis Pastore, VIRO, Celeb. FECHTII Nostri eloqvis  
ob singularem excellentemq; eruditionem ad Academicas ali-  
asque Functiones expedito, nisi summum amorem, quo ipsum  
Johannæ Ecclesia prosecuta est, officiorum splendori præ-  
ferre maluisset. De quâ verò ita præclarè meritus est, ut Ho-  
miliarum simul in aliorum usum & scripserit & reliquerit thesau-  
rum, cuius specimen haut ita pridem à Filio, nunc quidem B.  
D. editum, qvid de ceteris judicari par sit, luculento indicio  
prodit. MATRE adhuc per DEI gratiam, & faxit idem quâm  
diutissimè superstite, Matronâ Nobilissimâ & à frugalitatis  
ac pudicitia laude, quæ in ea cum Splendore Generis paria  
facit, commendatissimâ, ANNA KOENINGIA. Ac licet  
Natalium sorti, per Majores B. D. ab utroque Latere, faciem  
prælustrem afferre valeremus; cum tamen jactari stirpis origi-  
nem; & prædicari Avorum Imagines à modestiâ suâ alienum  
duxerit, & ipse subinde fuerit deprecatus; contrâ verò specta-  
verit easdem velut virtutis incitamenta, quibus merita Majo-  
rum propriis accessionibus cumularet, sufficiet indicasse, quod  
hodienum in WAHLIORUM, KOENINGIORUM, & DNN.  
De LINDA Familiis cernantur, qui Præclara Patriæ Sidera ac

Fulca præstent. Post suscepsum infantem nihil prius potiusq;  
habuere Parentes, qvam ut suum hoc acceptissimum pignus  
per Sacrosanctum salutiferæ Regenerationis lavacrum in Chri-  
stiani orbis coetum & societatem cooptatum, DEO datori red-  
derent, divinæ illius curæ & custodæ committendum, jux-  
timque intra proprios parietes educarent, anxiam & compe-  
tentem ipsius infantiae curam gerentes. A fluidis enim pue-  
ritiæ annis reliquam vitam pendere, ac cum primis rudimen-  
tis connexa esse coetera, naturæque sponte virtutem in arduo  
positam esse, vitia autem in præcipiti, nisi maturâ educatione  
extirpentur, prudenti animo revolvebant. Scilicet sicut in ar-  
boribus rami nascentes obsequuntur agricolæ, cuius ductu vel  
in altum enituntur, vel ad terram proni deflectunt, ita pueror-  
um animi statim in teneris parentum, velut obstetricum, ma-  
nibus fingi possunt, certâ & in sequuturam ætatem manifera  
imagine. Noster verò, singulari impetu naturam inter & edu-  
cationem medium tenens, ad qvemvis nutum Parentibus O-  
ptimis morigerum sese præbebat, eoq; ipso magnam de se  
spem concitabat, fore, ut in progressu ætatis salutare Ecclesiæ  
Organon & Reip. Literariæ Ornamentum sit evasurus. Post-  
qvam sensim pervenit ad eam ætatem, qvæ disciplinæ capax  
erat, peculiari instituentium opera linguis, artibus, literisq;ve  
ingenuis perpoliendus ac instruendus, primum *inferioribus*  
*Gymnasii Gedanensis Classibus* insertus, dehinc, translato ad  
Johannæam Ecclesiam Parente Venerando, in Scholam Maria-  
anam, Rectore Viro Clarissimo, JOH. KRIEG, receptus ab  
eodem, juxtâ & WEBERO, utroq; cum juventutis emolu-  
mento adhuc superstite, propter docilitatem ac soleritatem incre-  
dibilem, inusitatum qvoq; erga se affectum promeruit, usq;ve  
ad eò, ut illum præcipue in sinu foverent, & supra æquales excœ-  
lerent. Hoc enim, ut ait *Ingeniosissimus* JO. BARCLAJUS  
*Icon. Anim. p. m. 36.* maximè est ad indicium futuræ virtutis,  
si Adolescens inter cætera studiorum aut affectuum genera val-  
de aliq; volet: id, qvicq; est, nimio ac veluti præcipiti fer-  
vore complectens. Nam hæc acris cupiditas saltē ostendit,  
illum verò & per hoc laborioso impetu in sua studia posse ferri,  
fine

sine quâ indole nemo virtutem verè colet, aut gloriæ sitabit.  
Tandem exacto in tyrocinis illis integro qvinqvennio, ad per-  
cipendum uberiorem ingenii cultum, ad ipsum Atheneum  
Patrium translatus est, ubi præclarum ipsius ingenium inter  
reliqvos Alumnos adeò eluxit, ut alacritate, felicitate ingenii,  
atqve dexteritate judicii ætati longè præverteret. Proculatis  
enim rebus, qvæ juventutis alias oblectare genium solent,  
inanem & irritam curiositatem aversabatur, totumqve se Lite-  
ris ac Philosophiæ, qvin & Historiarum studio ac S.S. cumpris-  
mis Theologiæ dicbat, votivi successus auspiciū ab ope Di-  
vinâ, & adjumenta ab exercitatione ac usu freqventi arcessens;  
qvâ in re neqve ei occasio, nec fortuna defuit, sed utramqve  
cœptis idoneam non segniter adhibendam judicavit. Hic enim  
iterum curam Juvenis libentissimè suscipiebant VIRI suâ laude,  
hoc est summâ, digni, qvorum pluteis induculo nexu adhære-  
bat, nimirum Ictus Magni Nominis, DN. JOACHIMUS  
HOPPIUS t.t. Jur. & Histor. Prof. Publ. & Athenæi Inspectior,  
postea Inelyta Reip. Gedanensis Proto-Syndicus, bœdiæ Ejus/d.  
Reip. Consul Graviss. & ad Potentiss. DANÆ ac NORVA-  
GIÆ REGEM, CHRISTIANUM V. Delegatus Excelleniss.  
Fautor & Amicus Noster assūmatissimus, ut & Maxime Re-  
verendus, Amplissimus atqve Excellentissimus DN. D.  
SAMUEL SCHELQUIGIUS, Prof. Theol. Celeberr. Athenæi  
Rector, & ad S.S. Trinitatis Pastor Meritiss. itidem Fautor &  
Amicus Noster Colendus. Porrò Perquam Rev. Excellentissimq;  
VIRI DN. FRIDERICUS CHRISTIANUS BÜCHERUS &  
DN. JO. CHRISTOPHORUS ROSTEUSCHERUS, olim,  
Alter post alterum, in dicto Atheneo Philosophia Prima Prae-  
dictaque Professores Clarissimi & Reip. Bibliotbecariz, nunc  
cœtui DEI Præfecti & Functionibus Ecclesiasticis apud Gedan-  
enses conspicui; Ille qvidem ad Aed. D. Catharine: | Hic ad  
S. Barbaræ, Idemqve in statione Professoriæ B.D. Nostri An-  
tecessor. Ut SCHULZIOS, TITIOS, HEISEOS, BUTHEROS  
Aliosqve, qvorum Doctrinæ in omni Philosophiæ  
ac elegantioris Literaturæ parte fructus in se derivatos itidem  
gratias

gratissimā mente deprædicabat MOLLERUS, sicco pede præ-  
tereamus. Ea tūm abundē jecerat, intra unius lustri spatum,  
fundamenta, qvibus adminiculantibus, ex consilio Doctorum  
schorum, Scholas Regias tutō petere posset, qvod ipsum etiam  
apud atimum suum constituerat. Sed parum aberat, qvin Fa-  
tum omnium, qvz Animæ Beatissimæ unquām in humanis  
contigere, iniquissimum infelicissimumq; laudabile propositum

intervertisset; qvandoqvidem D. <sup>IX</sup> Junii cl. I<sup>c</sup> LXXXVII.

maximum ipsi Præsidium, per mortem amantisimi Parentis  
præmaturam, in medio vigore eruptum, eoqve ipso non le-  
ve rebus dispendium, & transversum velut obstaculum imme-  
re videbatur. Sublevavit tamen lugubrioris pectoris acerb-  
itatem pleno solatio recordatio æternæ gloriæ, ut domesticum  
hoc vulnus miserrimamq; orbitatem justo animi robore susti-  
nuerit, ac se suaqve omnia Divinæ providentiae committens  
in proposito perseveraverit. Neqve hujus fiduciaæ sinceræq; pieta-  
tis in DEUM O. M. unquām pœnuit B. D. utpote qvi, habito  
in Diff. Theol. de Materiâ Baptismi cùm cœlesti, tūm terre-  
stri, sub Prædio Celeb. Theologi DN. D. SCHELGUILII, cum  
applausu publico, Specimine valedictorio, & salutatâ prius, ve-  
luti in transitu, Academiâ Regiomontana, statim atq; pro ter-  
minando isto itineris cursu Kilonium eſſet ingressus, in  
Theologo, qvem suprà laudavimus, Cordato & Perfecto B. CHRI-  
STIANO KORTHOLTO, non ſolū invenit, qvi fidi &  
consummati Doctoris partes expleret, ſed reverà exemplo,  
amore ac rebus, alterius Parentis vicibus defungeretur. Hujus  
Incomparabilis VIRI in omnibus ac singulis ad Theologiam  
Historiamq; Ecclesiasticam ſpectantibus ſubſidiis complexus  
& stupenda planè eruditio prout partim ex commendatione  
B. Parentis ſui, partim ex instructissimâq; ipsius Bibliotheca,  
jure hæreditario ad Filium hunc unicum devolutâ, inſi-  
mulq; SCRIPTORUM KORTHOLIANORUM affiduâ ac  
quotidianâ evolutione pridem innotuerat, ita pro eâ, qva fla-  
grabat, proficiendi ſtudiaq; ſua altius provehendi cupidine,  
Docto-

omnes ingenii nervos corporisqve artūs eō contulit , ut Tanto  
Doctore cum fructu uteretur , ejusdemqve sub manuductio-  
neviam sibi sterneret ad ea , qvæ deinceps qvæsi confluxerunt ,  
studiorum dignitatumqve incrementa. Ipse B.KORTHOLTUS ,  
conspiciens ingenii MOLLERIANI ignes , qvos generosus ac  
sublimis spiritus alebat , in flammarum errumpere , ac Virum  
entheum ardorem æternæ laudis agere , ut summa qvoqve in-  
genia conatibus æqvaret , indies tenerius eundem amplecti  
cepit , ut nihil tām altè in scriniis clausum reconditumqve custo-  
diret , qvod non cum eo sponte libenterqve communicaret .  
Sed nec in hisce satiari poterat MOLLERI insatiabilis discendi  
ardor , quantumvis in disciplinâ KORTHOLIANA cursum  
& Philosophicum & Theologicum absolvisset ; longiora sibi  
emetienda esse spatia ère judicabat ; freqventiqtate tandem repe-  
titione , collectisqve ulterioribus augmentis studia ad culmen  
provehi statuebat . Hunc in finem in Theologîa Polemîca ,  
principiè adversus Socinianos & Remonstrantes , D.CHRISTO-  
PHORI FRANCKII , in Exegeticâ Locorum difficiliorum Scri-  
pturæ , D. HENRICI OPITII , Theologorum Celeberrimorum ,  
operam adjunxit ; in elegantiori verò Literaturâ & Historiâ  
Civilî Incomparabilis Polybistoris , D. DANIELIS GEOR-  
GII MORHOFII , Subtilissimique & Acutissimi D. JO. MAIO-  
RIS , utriusq; vñr ev aylorū , qvin & Celeberrimi , DN. SAM.  
REYHERI , Scholas in deliciis habuit ; in Philologîa denique  
Gracâ & Homiliiticis ab institutione B. HASENMULLERI  
pependit . Tot Solidissimis stipatus Doctoribus B.D. non potu-  
it non insignia qvotidiè in eruditione cùm Theologîa , tūm  
Philologîa & Historicâ capere incrementa , siqvidem hæc ipsa ,  
variis iisqve egregiis speciminibus jam tūm in Illustri GHRI-  
STIAN. ALBERTINA manifestata , omnium aures ac ocu-  
los in se convertit ; siqvidem intra semestre XXVII. Disp.  
Theologiam universam complectentes habuit , insuperqve de  
Votis , Duas , & Unam , de Actionibus Forensibus , pro Cathedrâ  
ventilando , sub Præsidio KORTHOLTI Sui , si quispiam  
alius , bene stetit . Qvām inculpatam & ab omni otio turpi'  
B atqve

atque lasciviam (quae alias juventutem affigit ac moratur) alienam  
vitam inibi gesserit, praestat verbis laudati sapientia, sed nunquam  
satis laudandi, HOSPITIS ipsius, B. KORTHOLTI eloqui, Hic  
vero in Epist. de Honoris Philosoph. Gradu Graeculator. ad B. D. Ao.  
cl<sup>o</sup> I<sup>o</sup>c xcii. Mens. Febr. perscripta, sequentem in modum: Qua-  
lem Te gesseris, in Athenis his nostris Cimbricis versatus, qui cui  
beis fuerint conatus, labores, ingenioque exercitia, qui mores & vi-  
vendi ratio, neminem nostrum fugit, notum est omnibus; at mibi pre-  
serium, cuius techo, convictu & quotidiana conversatione es usus. Ve-  
re de Te affirmare possum, quod Basilius Gregoriusque pressis vestigiis  
unum hoc apud nos egeris, ut Virtutem coleres, ad divini precepti  
duorum vitam actionesque componeres, commilitonibus exemplo ef-  
fuses, quod intuerentur quotidie & sequerentur. In studia ut incubue-  
ris Academica, sic docuisti Praeceptores tuos, ut Epicteti imitatus  
fusses: quae, quantum comedissent, non sesquipedalibus apud  
pastorem jactitabant verbis, sed remonstrabant ipsa, vellere,  
lana, lacte. Certe publica apud nos à Te edita solidæ eruditioinis  
specimina industriam tuam ita loquuntur & soleritiam, ut vel meis,  
vel aliorum verbis beis non sit opus. Nunquam porro tuam deside-  
ravimus presentiam, sive Ecclesiastica sive Academica subsellia; deside-  
ravimus vero nunquam non O. nopolia & Zicopolia. Nemo in mono-  
machias descendere Te vidit unquam, cujusmodi prob. dolor! cum  
prætentissimo animæ corporis que peritudo à Pietatis Legumque incu-  
riosis non raro committi solent Academicis; observavimus autem per-  
sepe eam eruditorum palæstris à Te instituta certamina, quæ ad  
perficiendos ing. pietatis Doctrinæ & Virtute firmandos mortalium  
animos plurimum conducunt. Conversatio tua Academica nulli ob-  
fuit, profuit vero multis, tenuioris præsertim fortunæ Studiosis,  
quibus fratrem Te præstigi germanum, non commitionem,  
& adeò quidem, ut Jure de Te usurpare liceat de benefico olim Boazo  
dicta; Benedictus sit à Domino, ut qui non destitit exercere  
benignitatem suam erga vivos & erga mortuos! Nostri ipsemet,  
nōrunt ali, tui imprimis nostrique sympathia, novit vobis ex aziose  
vestras ille, hujus olim Universitatis laudabile membrum, quor-  
um nunc digitum intendam. Innumera alia tamen ex Epistola KORT-  
HOLIANA, quam aliunde, afferrem, nisi intelligerem,

in

in tām vasto laudum pelago , & tām præcipiti festinatione, qvæ (ut  
verbis utar VELLEJI PATERCULI Hist. L. i. p.m. 34.) me ro-  
tæ, pronive jurgitis ac verticis modò nusquam patitur consi-  
stere, pene magis necessaria prætereunda, qvam supervacua  
amplectenda censerem. Tot rebus igitur feliciter exantatis  
uberrimāqve studiorum mirificè auctorum prædā onustus  
B.N. Kilonium reliquit, & perlustratā Holsatiā, ibidemqve in inti-  
miorem familiaritatem B. SANDHAGENII, nec non Celeberrimi  
DUCIS HOLSATIÆ REGENTIS, Sereniss PRINCIPIS ac DO-  
MINI, DN. FRIDERICI &c. &c. Archiatri & Consiliarii DN.  
NIC. PECHLINI admissus, postmodum Hamburgum delatus;  
ubi non solum in LL. Orientalibus & precipue Rabbinicis versatissimo  
DN. EZARDO innotuit, verū & affectum prorlus singu-  
larem Theologi longè lateque Celebris DN. D. JO. FRIDERI-  
CI MAYERI, Fautori & Amici nostri in paucis astutatis-  
simi, cujus & convictu utebatur , expertus est, qui ad-  
mirandā, in ætate nondum robustā, eruditione ipsius valde  
delectatus; & ad anteriora tempora, ubi docta colloquia Kiloni-  
cum VIRO in publico confictu, conseruerat Noster, respici-  
ens , raro hoc testimonio eundem dimisit; qvod ex penu sum-  
mè Rev. FECHTII depromere Nobis integrum putamus.  
Non privatis tanium colloquiis cultissima Viri virtus , quando ego  
Kilonii aderam, sese continebat , sedegressa in publicum misere me-  
cum in conflictibus sermones eruditios , conferre sententiam animi &  
quantum in certamine dolo valeret, hoc denum cum aplausu audi-  
entium declarare subinde & estatim reddere videbatur. Ego, qvod  
cum temporis sepe fassus sum, nunc repetere nullus dubito , quod  
hunc Juvenem , in conspectu eruditioris possum , dignum judicem de  
quo præsumere omnino liceat, quod Magnum aliquando Decus in  
Patriam, emolumentum vero in sacratum DEO gregem penitus  
insigne collaturus sit, uigilatulari propterea Gedanensem Reip.  
De Oratore Sacro planè egregio, Ecclesia Orthodoxa autem felicem pro-  
mittere Athletam possim. Hamburgi pedem ulterius proferens in  
Regnis Sententrialibus spectatu digna coram intueri ē re fore  
judicavit, itinerisque istius Comites habuisse gavisus est Illustris ac  
Generosiss. VIRI, DN. GABRIELIS SCHUMANNI, S.R.  
POLON. MAJEST. Burggravi Eminentissimi & Pre-Consulis  
Geda.

Gedanensis, Filios, in magna Fortune ssem assurgentes, & inter prae-  
cipuos Gedanensem Patrios numerandos, DN. GABRIELEM  
FRIDERICUM & DN. HENR. Ehrenfried SCHUMAN-  
NOS; qvibuscum non solam toto itineris tractu doctos  
conseruit sermones, verum & iisdem ad VIROS undiquaque Ce-  
leberrimos, BAGGERUM, LASSENIUM, MASIUM, WAN-  
DALINUM, BRUNSMANNUM, WINDINGUM, apud  
Danos; in Suecia ad SWIEBILUM, BENZELIUM, GERTH-  
KUM, SCHUTTIUM, PAPKIUM, SCHUZIUM, MI-  
KRANDRUM, PETRUM & OLAUM RUDBEKIOS, BIL-  
BERGIUM, OBRECHTUM, LINNERIUM, SALENIUM  
Aliosque, facillimos paravit aditus, qvibus ipse B. D. Hospes erat  
longè acceptissimus, omniumqve ac singulorum favore dignus,  
qvem in MASIO, LASSENIO, SWIBILIO itemqve SCHU-  
ZIO se expertum fuisse, multoties extollere solebat. Refle-  
xu tandem in Germaniam itinere Rostochium nostrum intravit,  
famâ cum primis B. SCHOMERI FECHTHIQUE allectus.  
Paces tunc Magistratus Academici tenebat Prae. Nobiliss. Ampliss. atq  
Excellentissimus, DN. D. CHRISTOPHORUS REDEKE-  
RUS, ICrus Celeberrimus s.t. Antecessor in hac Academiâ & Consi-  
lorii Ducalis Aesseffor, hodiè Reip. Rostochiensis Consul Graviss. bene-  
que Merentissimus; Fautor, Compater & Affinis Nostrer Fraterno  
amore complectendus; Cujus subauspiciis Nomen suum ad album  
Academicum professus, singularem deinceps Eundem in Pro-  
movenda, pro meritis, fortunâ habuit Patronum, usque adeò  
ut Ipsi innovis ad extremum vita halitum non in minimâ  
felicitatis parte collocaverit B. D. Qvam gratus, propter systati-  
cas Celeb. KORTHOLTI, virtutemqve propriam, statim elu-  
centem, fuerit Theologis Nostris, qvamqve eruditionem su-  
am mox in publico probaverit, emphaticè satis expressit Max.  
Rev. DN. D. FECHTIUS ita B. MOLLERUM paulò post allo-  
cutus: Cùm superiore anno è Kilonio Tuo, itinere per Sueciam  
Daniamqve factò, ad nos accederes, Optime MOLLERE, ex inge-  
nuâ facie Tuâ amicissimum mihi in convictu quondam MEISNERIA-  
NO, Parentem, ex colloquis verò, de variâ mecum eruditione insti-  
tutis, KORTHOLTIANÆ discipline alumnū, è vestigio a-  
gnovi

gnovi. Adeò dissimulare non poseras id, quod à parente acceperas,  
bonam ad qualibet præclara indolem, mores ei, cui Te dicaveras, Studio apprimè convenientes, pietatem præcipue ex conversatione Tha  
ubique elucentem. Jam illarum Literarum varietatem, quas per il-  
lud quadriennium, quod in sinu summi Theologi, CHRISTIANI  
KORTHOLTI, ad interiora ipsius admissus, exegisti, incredibili  
industriâ, nec minore successu Te comprehendisse, tot mihi specimini bus  
bastenus innotuit; alterius hujus parentis Tui imaginem referre,  
expers omnium rerum sit, quibaut videat. Sacrarum rerum scien-  
tiam, non umbraticam illam & ad seculi genium comparatam, sed soli-  
dam & sanctissimarum Scripturarum fundamentis innixam, Librorum  
præterea symbolorum & salutari Ecclesie nostræ consensu illate paci-  
ter in barentem, ut novitatem omnem, istam cum primis pestem, que  
Ecclesiis nostris misere dilacerandis, apia nata est, extremo odio pro-  
sequatur, superiori byeme, quando in pulcherrimâ commiliacionum  
coronâ sententias contulimus, iis mibi documentis demonstrâsi, que  
& spem de Te omnibus amplissimam, & letitiam animo meo planè inu-  
sitatam excitarent. Ut alia in laudes ipsius inibi cumulata, brevi-  
tatis studio, nunc in medio relinqvamus. Hic verò labori jam  
anteà adsvetus, longè majori impetu ferebatur MOLLERUS,  
ut penè extra se positus dubiâ cum B Parente palmâ de virtute &  
gloriâ in orbe literato contendere Doctorumque voces non tam  
accipere, qvam devorare videretur; planè persuasus, nullius  
veræ laudis ac gloriæ possessionem ac custodiā esse diuturnam  
ubi obsolecit diligentia, socordia verò & veterus omnia regit.  
In Theticis, Polemicis, Exegeticis & Moralibus indefessè au-  
ditiv VIRUM de Academiâ bâc & universo orbe Orthodoxo immorta-  
liter meritum, B JUSTUM CHRISTOPHORUM SCHO-  
MERUM, Sydus tamen illud in medio studiorum cursu occi-  
disse vehementer doluit, & lacrymis subinde conqvestus. In  
Symbolicis insuper, Exegeticis & Historico-Ecclesiasticis sedu-  
lò interfuit Scholis itidem præclarè de Orthodoxyâ & Acade-  
miâ hac Merentis, Summè Rev. Excellentissimique VIRI, D. JO.  
FECHTII, ex cujus privatissimâ informatione insignia au-  
gmentata se percepisse quotidie gloriabatur, qui unicè scopum su-  
um ad consummandam eruditionem dirigebat. Sicut & fre-  
quen-

frequentia ac erudita cum Max. Reverendo, atque Excellenissimo DNDJO.NICOLAO QVISTORPIO, Professore Theologo Celeberr. ad D. Nicol. Pastore Vigilantiss. & Rev. Ministerii Directore, miscuisse singulariter in deliciis habuit. Imminebat jam Honorum tot vigiliis, tot laboribus promeritorum messis; quos ut capesseret, Autores ipsi exitere Praeceptores, non meliorem studiorum ad æxulu provehendorum viam rati, quam si iis, quæ à Doctoribus hauserat, doctrinis aliis inservire laboraret. Nomen itaque suum apud Inlytam FCIem Philosophicam in Illustri bâc Varniacâ professus, ad Examina admissus est, in iisque ad quæsita tam prompte expediteque respondit, ut omnes ac singulos non in admirationem solum, sed & stuporem consercerit, dignissimusque sit judicatus, qui Summum in Philosophia Gradum capesseret, Doctorisque Academici Spartâ propediem inclaresceret, iis quippe donis instructus, quibus & sibi prodesse, & aliis emolumento esse sufficiebat. Cum verò deesse viderentur: , qui in petendis Honoribus istis sese associarent, commodè omnino evenit, ut in Vicinâ Academia Gryphiâ, adeoque in ipsâ Festivitate Jubilâ, Actus in FCie Philosophicâ Solemnis adornaretur, ad quem, honorificâ compellatione factâ, B. D. Noster invitatus, veniâ priùs ab Ampliss. Ordine Philosophico in hac Varniacâ impetrata, comparuit. Quam egregiè verò & inibi, in iteratis Examibus, eruditionem suam probaverit, tot testimonia abunde loqvuntur, omnium autem maximè testatum facit, argutum illud Epigramma, quo HONORES PHILOSOPHICOS D. XXX. Martii, A. cl. Ic xcii, ibidem collatos, ipsi gratulatus est, in magno aliorum numero, Clariss. ORATOR ac POETA, DN. CHRISTIANUS SAALBACHIUS, sequentem in modum :

MOLLERO debet Phæbus majora; sed impar

Quæ non dat merito, nontamen illa negat!

Et quid ad testes provocamus? cum summum illud Decus non tam ut laborum suorum, ceu dudum merebatur, præmium (verbis iterum utor Celeberr. DN. D. FECHTII) quam ut instrumentum laudissimorum conatum acceperit, & novus MAGISTER, vix unius diei ferens moram, ne inani sibi simul ad blandiri videretur, in eadem, que

qua ipsum ornaverat, Academiā de MARTINO LUTHERO,  
Ecclesiæ Reformatore felicissimo, PRÆSES pro Cathedrâ dispu-  
taverit; & ad Rostochium suum rediens in continentis simili in publi-  
cum, quasi nullibi umbraticus Doctor, & qui solum præferat no-  
men, futurus, eruditionis sua Specimine in Decade Observat Mi-  
cellanearum, ait selectissimarum, proruperit. Neque enim (ut ait  
B. KORTHOLTUS in Epist. Gratulat. supracit.) alia de causâ buc-  
usq; Brabois carebat, nisi quod ipsam sibi virtutem pulcherrimam mer-  
cedem, eandemq; sibi ipsi Titulum esse, nec alium requirere prudenter fuerit  
arbitratus. Inde q; ne nunc quidem, de talibus cogitasset, nisi ut diximus,  
benevolis aliorum consilii hec obtemperandum potius, quam suo ipsius  
judicio standum esse, & recte quidem, censuerit. Incredibile est, quantâ in-  
dustriâ quantoq; fervore, Dignitate isthâc auctus B. D. ad Nomen  
Gloriamque sibi in Orbe Literato conciliandam contenderit  
nunc in publicis conflictibus, absq; alterius Præsidio, congre-  
diendo, nunc in Acroasibus privatis docendo, nunc publicè alios  
exercendo, fidem autem conciliabunt, quæ in Syllogen redegit.  
DN. D. PFENNIGK, Scripta æternum duratura, qvorumq;  
seriem h̄ic transferemus. (1.) Disp. Historico. Theol. De Lutherio Luthe-  
rano ante Lutheranismum d. 14. Jun. 1693. (2.) Disp. ex Histor. Literaria de  
Clementis, Rom. i ad Corintb. Epist. è MSC. Alexandrino à Patricio Ju-  
nio editæ, Auctoritate; Alphonsi à Castro testimonio de Ignorantia Pa-  
parum, & Ludovici Iac. d. S. Carolo erroribus d. 21. Octobr. ejud. a (3.)  
Disp. de Auctoritate scripti, sub titulo D. Lutheri Colloquiorum Mensalia  
um; in Germanico, Anglico & Latino Idiomate. editi d. 28. Octobr. d.  
a. (4.) Disp. Historico. Theol. De Lutherio Martyre Confessori contra-  
distincto, d. 15. Decemb. 1693. (5.) Disp. Histor. Theol. de Lutherio Confessore  
Martyri contradicte, d. 20. Ejusd. Mens. (6.) Disp. Theol. I de S. S.  
Authoritate, tam generaliter, quam specialiter, quatenus innocen-  
scere potest ex mortivie Credibilitatis internis, considerata d. 24. Febr.  
1694. (7.) Disp. Theol. II. de S. S. Authoritate, quatenus innoscere  
potest ex motivis Credibilitatis externis d. 20. Marci. A. 1694. Hucus-  
que MAGISTRI DOCENTIS partibus summâ cum laude erat de-  
functus magnamq; etiam apud exterios, gloriam consecutus. V-  
dens hoc Ampliss. SENATUS, Academia hujus COMPATRONUS  
Munificissimus: pariterque expendens, Nostrum non esse nūc  
Dpetoy

Spenſor, ut multi ; nec *unigenitus*, ut junior Aristippus, nee  
aut *Nardonius*, ut Phemius apud Homerum , & Manilius apud Ro-  
manos ; sed in Academiis , in quibus vixerat , audivisse Viros ex-  
mūssim doctos ; sine quibus in unaqvāq; disciplinā nemo pro-  
ficerit, eidem A. cl<sup>o</sup> I<sup>o</sup>c xciv. Græca Lingue Professionem obtulit,  
cujus nutui ideo morem gerere sancto obseqvio apud se statim  
decrevit, quod cum paulò ante (testante id in Progr. Inaug Max. Rev.  
DN. D. FECHTIO, ) honorificam Functionem Ecclesiasticam,  
cum Ecclesiarum gubernatione & Consistorialibus conjunctam,  
B. KORTHOLTO operam ad id suam conference, ad se delatam re-  
cusasset, morbis cum extremo vitæ periculo connexis, tentari se a ju<sup>no</sup>  
Numine sensisset. Auspicatus itaq; fuit Spartam hanc Academicam  
D. XVI. Junii d. A. Oratione Solenni : De Amplissimis Lutheranorum  
in Græcam Literaturam Meritis, quibus illi gloriam eruditionis omni-  
bus aliarum religionum sociis non dubiammodo reddunt, sed penitus  
etiam præripiunt; nec quicquam in se desiderari passusest, qvod ad  
eam strenue perfungendam atq; ornandam conferret. Nihil  
enim magis hominibus, naturæ ipsius instituto, conducere, nul-  
lāq; ipsos facilius ratione Diis similes fieri, magisve copulari ju-  
re optimo censem. Qvām omni fugato otio hominibus prodes-  
se. His initii fortuna insistens, omnibus difficultatibus, qvæ  
vel obſistere, vel nocere poterant, sublatis, ad fastigium ten-  
dit, qvod maximè in erudiendâ Juventute Academicâ B. D.  
collocabat, inter hoc otium tandem frangi atq; consumi ſvave  
existimans. Lectionibus proinde tam publicis, qvām privatis,  
ut jam anteā, ſeſe accingebat, Græcum Novi Testamenti Textum,  
Per iopas item Evangelicas & varia Philologica Auditoribus in-  
culcans ; Græcum enim sermonem ita amabat, ut nemo magis,  
ita callebat, ut qvandocunq; luberet, usurparet, qvod quidem  
paucis contigit. Intra privatos verò parietes immane qvantum ! adhibuit industriam in vario Doctrinæ genere. Nos,  
ne in laudes nimis assurgere videatur scriptum, præcipuos saltim  
labores, inde à petitione *Gradus Philosophicusq;* ad discessum ,  
adeoq; intratriennium, cum insigni fructu Studiosæ Juventutis  
peractos, hic recensebimus. Eminent vero inter illos : (1.) *Lectiones*  
*Cursoriae de Methodo* excepēdi. (2.) *Collegium Homileticum in*  
GOE.

GOEBELII Method. Homilet. qvod ultra annum duravit, cum insigni Studioorum fructu. (3.) Theologicum in B.DN. D. ALBERTI, Theologi Lips. Celebratissimi, Interesse Religionum, quod per integrum biennium B.MOLLERI vires exercuit, itidemq; magno in pretio apud Nostros habetur, & assidua reputacione hodieq; revolvitur. [4.] Critico-Theologicum in Libros Symbolicos. (5.) Disputatorium Theoretico-Practicum (6) Lectorio-Disputatorium in Septenarium Observationum Philologicarum. (7.) Lectorium in Hist. Univ. B. BOECLERI Primorum IV. à C. N. Seculorum. (8) Historicum in PUFENDORFII Introduct. Hist. (9) Homileticum super Tabb. à se editas. (10) Biblico-Exegeticum in Evangelistam Mattheum. (11) Homiletico-Practicum in Epistolas & Evangelia Dominicalia. [12.] Lectiones iterate, Methodum excerpti & Bibliothecam Homileticam exhibentes. (13) Lectiones super vitam B. LUTHERI. (14) Lectiones Publicae Homileticarum Observationum super Evang. Dominicalia. (15.) Lectiones Criticarum Observationum in N. T. Disputando quoque nunquam eundem defuisse in Statione Professoriâ patet ex sequentibus ingenij monumentis, quæ sapè materias anteā inculcas & prorsus intactas complectebantur. Videlicet (1.) ex Diff. Theol. III. De S. S. Autoritate, quatenus illa ex interno Spiritus S. Testimonia fidei divinâ innoescere potest. d. 14. Julij 1694. (2.) Tractatus Observationum Philologicarum Septenarium complectente, & XIV. Diff. exposito; Opusculo multâ eruditione referto. (3.) Disputatione Histor. de Virtute B. LUTHERI, ipfis Sacris Martinalibus d. 9. Novembr. 1695. Resp. Nobiliss. & Praeclarè Docto, DN. DANIELE BONAVENTURA DILGERO, Gedanensi, ventilata. (4.) JOHENR. BOECLERI Histor. Universali IV. primorum à C. N. Seculorum ex MSCpto Virorum Insignium rogatu edita, qvam Epicrisi suâ condecoravit Magnus FECHTLUS, in Prefat. Jagog. Operi huic premissâ, non procul. à fin. in medium hic afferri dignissimâ. Is vero seqventia: Est in hoc Viro (B. DN. MOLLERUM innuens) inustata rem omnem literariam juvandi, etiam cum propriarum facultatum diffendo, cupido, laborandi industria omnino ferrea, ing. proposito suo tenax quedam & contra omnia impedimenta nitens constans. Quicunq; de Academiâ nostrâ, ex quo hanc in se provinciam suscepit

C

pit

pit, varij si d genus exercitijs præclarissime meritus esset, bunc quoq;  
libellum non typis tantam imprimi curavit, sed, ut duplicit ejus utere-  
mur fructu, colloquij s quoq; commilitonum, honestâ inter se emulati-  
one accensorum, subjecit. Ceterum in edendo eam adhibuit curam,  
ut major magis q; anxia nec requiri quidem potuerit. Quotquot nan-  
tisi poterat MSC. exempla, cum suo conculit, loca veterum adduca  
(quo in genere BOECLERIANA planè incomparabilia sunt, in quo-  
libet argumento ad ipsos Historiarum fontes deducentia) sollicitè inve-  
stigavit, ne quid mendoza aut BOECLERIANO nomine indignum  
irreperet, summo studio providit. Fama ejus, tot scriptis jam  
dudum pennata, in orbem evolaverat irrevocabilis, proinde  
Dignitates alia sese associabant, ita ut & à Patriâ, & Rofeto Nostro  
certatim experti videretur, Juventus verò Academica ulterius  
gremio ipsius insidere pertinacissimè contenderet. Maximè ta-  
men illi, qvibus glacie fractâ facilem per vastam intercedinem  
paraverat aditum, Delioq; natatore prævio expeditam esse se-  
quelam monstraverat. Cùm tandem secutâ ad Gedanenses, laitis  
conditionibus, vocatione, nullis precibus sese exorari aut retineri  
pateretur, in lucro posuisse sufficiebat, qvòd anteà iis subsidiis  
essent à DOCTORE instructi, qvibus publico inservire, stu-  
diaq; sua Ecclesiæ, Academiis ac Scholis commodare possent;  
qvem insinu ab ipso, t. t. DECANO & BRABEVTA, Gradum  
Philosophicum expetebant, tantòq; numero confluebant, ut  
vix majorem Annales Academicici oculis Nostris repræsentent.  
Illud verò Doctori MOLLERO æternæ cedet gloriæ, qvod  
nullum omnino inter XXVII. produxerit Candidatum, qui non sive  
in Functione Ecclesiasticâ jam fuerit constitutus, sive eidem,  
pariterq; Spartis Academicis, idoneus sit repertus; sive talem  
hodieq; referat, qui ad nutum utrinque sufficiat, Academiamq;  
hanc & docendo & disputando, iusquam Magister Legens, & Doctor  
mirificè exornet; qvandoq; videm in Excell. DN. PETRO BECKE-  
RO, Mathematum Professore Clarij, exemplum luctulentum Vobis,  
Cives Optimi, ante oculos versatur. Perragebatur Aëtus illein So-  
lenni Panegyri D. XXV. Maji clo loc. XCVI. qvo ipso Max. Rev. F. Cras  
Theol. præmissa de Theologiâ Christianâ Dogmatico - Theticâ, in Unicâ  
Definitione, ad naturalem, quo singuli Christianæ Religionis articuli in  
Systema,

Systemate coherent, ordinem declarandum, Sciagraphie adumbratæ,  
Epræcipiè JO. DEZ, Jesuitæ, oppositæ, sub Umbone summi Rev. Excell.  
DN.D.FECHT Inaug. Disp. d.XIX. Maji. Eid.B,D. Gradum Baccalaureatus in S. S. Theologiâ (quo ipso majorem, ut iterum verbis utar  
FECHTII Nostri in Progr. Solenn, Promot, intimat. posse ex animata  
Inauguralia examina, magno FCtis Theologicæ, omniumque Doctorum applausu, ob plurima Sacrae eruditionis fecimina, & præclaræ in Rem Literariam merita, Summum videlicet in Theologiâ Gradum, suscipere potuissit, tunc tamen in Baccalaureatus dignitate acquiesce-revoluit ex merito contulit. Neque in hisce acqvievisset Roselum N. nisi divina prævaluisset vis, & Patribus Patriæ Vocantibus fuisset parentum. Anteqvam verò discessum maturaret, Dissertationem Historico-Philologico-Moralem Miscellanea decurtata exhibentem; Resp. pro impenetranda in FCtem Philos. Rostoch. Recepti-one, Clariss. tunc LIPSIENSIMUM Magistro & elegantibus Specimini bus, quæ ipse PRÆSES inibi evulgavit masculineq; propugnavit, bonis omnibus commendatissimo, nunc S.S. Theologie DOCTORANDO, DN. ZACHARIA GRATIO, d.20. Maji. 1696, pro Cathedrâ ventilare maluit, insuperq; Binis Disputati-onibus Theologicis absque Moderatore, ex Speciali Rev. FCtis Theol. confessione, habitis, eruditionem suam Theologicam denuò ostendere in publicū voluit, alterā videlicet Theologiæ Christiano Dogmatico Thetice, in unicâ Descriptione adumbratæ, Synopsh in expressiorem comple-ctente & Inauguralem illam continuante, Resp. Clariss. tunc Viro DN. M. BERNHARDO PETRO Karl. Osnaburg. bodiè Orthodoxæ, quæ in Æd. S. Catharinae quondam dicatâ Osnabrugis Deo colligitur, Ecclesiæ Ministro Vener. d. 29. Maji. d. a. Alterâ de STEPHANO CURCELLÆO, in editione Originalis N.T. Textus, Variantium Lectio-num & Parallelorum Scripturæ Locorum additamentis vestitâ, ut Socini-zante, Resp. itidem Clariss. DN. M. NICOLAO RICHTERO, Gedanens. nunc qvidem Pastore Ecclesiæ Palæo-Munsterberg. in Prussiâ Vigilantissi. Mens. Mayo. d. A. Ut taceamus tot Orationes, numero propè infinitas, quas & enumeratis Disp. & Lectio-nibus tam publicis, quam Privatis præmisit, quasve in solennioribus Acti-quis recitavit. Tanta VIRI B. Merita, abitumque irrevocabili-

ter decretum, respiciens Ampliss. URBIS HUJUS SENATUS  
Academie COMPATRONUS *Munificeniss.* ægerrimè eundem,  
dimisit, usque adeò, ut causariam missionem petenti simpliciter  
annuere dubitaverit, sed Absenti etiam Professionem que hanc  
ulterius ornaturo, rationibus ponderes suo gravibus commotus,  
Spartam istam, ad extremum usque halitum, integrum conser-  
vari maluerit, quò Illustri GEDANO Virtutes Ipsius non tam  
concessisse, quam commodasse censeretur. Sed & Noseun-  
dem non sine insigni animi dolore abs latere Nostro avelli passi-  
sumus, quem in quotidiano convictu habere, doctosque cum  
eo sermones reciprocare, in summâ voluptatis parte colloca-  
bamus. Totius REV. CONCILI, & in eo *Veneranda* FCTIS  
THEOLOGICÆ nimis anxiū desiderium, quo Omnes ac  
Singuli contra discessū B. D. nitebantur, eleganti penicillo expre-  
sit *In Progr. Diff. Inaug. præmisso*, Summè Rev. Theologus, DN. D.  
FECHTLIUS, quando sequentibus verbis, eum in finem con-  
ceptis, affectum DNN. COLLEGARUM declaravit: *Nos quo-*  
*que, inquiens, qui in hac Academiâ docemus, amanissimum no-*  
*ntri, & juventui Scholastica utilissimum COLLEGAM, ut agre-*  
*amissimus, ita cum refragari Divine dispositioni nequeamus, de eo*  
*salem nobis gratulamur, quod ex sinu nostro subinde prodeant, per*  
*quos alibi terrarum res literaria promoveri, & Ecclesia pariter res*  
*publica ornari posse & amplificari. Maximè tamen omnium, & qui-*  
*dem ad mœrorem usq; rängebat hic abitus teneras STUDIOSO-*  
*RUM JUVENUM mentes, qui eum proprius intuentes, non secus*  
*ac Filij discessum Patria, acerbissimis lacrymis deploabant. Nec imme-*  
*ritò, cum eo se in posterum destitutos sentirent PRÆCEPTORE, qui*  
*ipso plantaperat & rigaverat, vitamq; adeò dederat moralem, at fidi*  
*DOCTORIS partes tam laudabiliter expleverat, ut vix meliorem*  
*liceret sperare. GEDANUM suum quemadmodùm, Professionem*  
*Philosophicam & Præfecturam Publicæ Bibliothecæ Solenni*  
*Oratione auspicatus, ornaverit & quam inusitato studio in emo-*  
*lumenta Studiosæ juventutis fuerit grassatus, disertè eloquitur*  
*Programma Funebre DNN. COLLEGARUM in isto Athenco,*  
*Honoribus B. D. MOLLERI prescriptum, ibi inter alia; Sed*

an

an committere possumus, ut qualem hic in Spartâ se Gedanensi gesserit  
rareamus? Ille verò certare quodammodo bīc vius est, cumēā, quare  
olim ad varnum adhibuerat, industria. Illic quidem missice Ille sibi  
infisterat, incredibilem in modum pensa cumulans. Sanè non Eum  
ullā parte bīc Athæneum nostrum, quem illis Academia, remis-  
fiorem sensit. Imò bīc Ille nunquām sibi satisfacere poterat docendo,  
queſlus subinde non plures obtingere sibi horas, quas opera sua posset  
occupare. Somni parcissimus, laboris patientissimus, curis studiorum  
quantilibet sufficiens, nunquam illi cedens aut succumbens : tum  
omnia in vita alia despiciens. Et iterum, paucis interjectis,  
idem Clariss. VIRI: Nunc recensenda essent, que Ille Gadani, ubi  
certare secum ipse videbatur, sibi pensa proposuerit deducenda: quām  
ille multos & varios (ut rāceam Lectiones Ejus Publicas) Juvenum,  
studia amulantium, ceteribus ageruerit Doctrinæ lados: quām multa pen-  
sa absolverit, quām multa novatorius sit: quām ad omne Literarum  
genus & ad quavis Juventutis ingenia vela vertere & versare ingenio-  
rum potuerit. Sed referre longum fit. De iis, que publicavit, hoc at-  
tingemus. Postquam BENEDICTI SPINOSÆ nocentes re-  
futavit spinas, CONRINGIANUM de Universæ à C. N. Erudi-  
tionis, ejusdemq; de Scriptoribus Commentarium, divisis per  
Disputationes publicas partibus, communicare cum orbe Erudito  
cœpit, ad Seculum usq; X. progressus: Quo opere exantato complura  
alia, atque egregia animo volutabat. Innotuérunt verò Nobis,  
præter allegatos in dicto Programmate, Galii B.D. labores; quos in  
Athenæo Gedanensi, tanquam Professor, prælo submisit, &  
per velationes publicas absolvit; videlicet (1.) Dodecas Diſp. Metaphysicarum, ut & Dodecas Ethicarum, contra varios Adversarios, &  
Contemptores harū Disciplinarū; quin & Specialis quedam Dissert.  
De Centurijs Magdeburgensib. De cetero tāpe sibi de eo gratulariso-  
lebat Noster, & præcipuam ducebatur felicitatem, qvōd nec longè  
ante hāc tempora, nec diu post esse tñatus. Tantæ enim & tam  
illustres hāc nostrā & paulò superiore memoriā omnium præ-  
clararum artium factæ sunt accessiones, tanta efflорuit Viro-  
rum doctissimorum ubertas, qui excellentis ingenii bonitate;;  
tanquam divino quodam afflatu, concitati in omni liberalis do-

arinæ genere tanto elaborârunt studio & contentione, ut qvæ anteâ densis erant circumfusa tenebris, nunc in aperto sint & omnium conspectu posita, quæque antè ignorabantur ab omnibus, etiam eruditissimis, nunc nemini possint esse obscura, nisi qui socordiâ & ignaviâ sibi ipsi hanc laudem & gloriam invideat. Interea tamen, quod in Tito Aristone laudat PLINIUS, plerumq; hæsitabat inter legendum dubitabatq; ob diversitatem rationum, qvas acri magnoq; judicio ab origine causisq; primis repetebat, discernebat omnia & expendebat; nullum certius argumentum levie cūjusdam & puerilis eruditionis cum GRÆVIO in prefat Alberti Rubeii tract. de Re Vefiar. Vet. præm. judicans, quam nusquam hæreke, de nullare dubitare, nullas in lectione salebras, nullam remoram offendere; cūjusmodi tamen Labyrinthis ut se fstatim extricare posset, præter vastum VIRI B. ingenium sufficiet utragq; Bibliotheca, & copiâ Librorum inscrutissima, & selebtrara; Publica nimirum Illustris REIP. PATRIÆ, & Privata B.D. propria. Probatâ sic LXX, plus minus Exercitijs variis Doctrinæ generis Disputatoriis intra quadriennium, hic atq; Gedani, ut & Tentamine Rigoroso atq; Agonismate Inaugurali, eruditionis solidæ copiâ; tempus appropinquabat, qvod ipsum proprio exemplo edocere videretur: Spretam olim gloriam tandem redire cumulatorem! Mense enim Junio C15 I5C XCVII. spatu Magnorum Patronorum, qvorum voluntatem in star jussi venerabatur, Rosetum Nostrum repetiit, Supremum Doctoris Theologi Axioma reportatus, qyod lætabundo animo ipsi decernebat Rev. FCtas Theol. jam superiori anno ultrò oblatum, virtutique ipsius debitum. Statim atq; Academiam ingressus fuisset, iterum pro Cathedrâ exhibuit Specimen Professioni suæ, etiamnum humeris impendenti, conveniens, in Penea de Observationum Philologicarum; quibus & Amplissimum Literaturæ Græcæ in Studio Antiquitatis Ecclesiastice Usum manifestaverat, & Quinq; Adminicula, ad interpretandos feliciter Græcos pariter ac Latinos Patres, communicaverat, Exemplisq; illustraverat, D. XXII. Junij St.V. C15 I5C XCVII. Hanc excipiebat mox in sequenti D. XXIII. Promotio solennis Doctoralis, DE. CANO ac PROMOTORE Summè Rev. Ampliss. Excellentissimoq;

DN.

DN. D. JO. FECHTIO, Theologo Celebratiss. Confess. Ducal  
Assessore Graviss. & Districtus Rostochiensis Superint. Vigilantiss. bodo-  
que F. C. Sua DECANO, DN. COLLEGA ac Amico Nostro  
singulariter Colendo, in Templo Mariano rite peracta, Subsecutis  
Diebus XXVI, XXIX. & XXX. d. Mens. denuò concendebat Ca-  
thedram Theologicam NOVUS tunc DOCTOR, jam B. & in  
Tribus Disputationibus, Resp. perpetuo Clariss. DN. M. JACOBO  
SCHRODERO; Anclam. Pomer. B. Theologi MARTINI CHE-  
MNITII, succinctas Theses in plerosq; Locos Theologicos, prout eas,  
dem parti Tertie Loc: Theolog. Chemnitianorum, per Appendix  
modum, adjectit olim POLYCARPUS LYSERUS, in usum boni  
publici recusas, expendebat. Denique Disputatione Historico-Theo-  
logica, Summariam Detectionem Imposturarum & Subdola impri-  
mis erga S. S. Ecclesie Paires Reverentie, quibus Eruditum fallere  
Orbem conatus est CHRISTOPHORUS (CHRISTOPHORI  
Fil.) SANDIUS; una cum Sciographia Anti-Sandii completere  
D. V. Juli Relp. Clariss. DN. M. JO. GUILIELMO STRI-  
CKERO, Gustrov. bab. Academiæ huic iterum valedixit, cum  
DEO & die eandem præsentia & doctrinâ suâ ad nutum orna-  
turus. Gedanum redux factus MOLLERUS DOCTOR, non  
solum juventutis usibus studia sua denuò consecrabat, sed &  
apud animum revolvebat sedulò, non uno Ecclesiam agi fato,  
sed variâ eandem pervolvi fortunâ, usq; adeò miserâ sàpè ac in-  
constanti, ut licet aliquando faciat inducias, nunquam tamen  
à migrationibus ferias, nunquam vacationem à turbis conse-  
quatur. Pro hujusitaque salute omnes posthac cogitationes su-  
as devovens, partes sibi anxiis suspiriis exposcebat, qvæ fir-  
mum & impavidum suasorem declararent. De Statione proin-  
de Dignitati Meritisque congrua proximè indipiscenda jam cer-  
tior redditus, tum ad augendam Virilem Gravitatem, tum ad  
dignitatem Domus fulciendam, futuram Vitæ Sociam circum-  
spicere decrevit, oculosq; ac animum, per abstrusam DEI pro-  
videntiam, convertens ad VIRGINEM Nobiliss. Omnibusq;  
Sexus sui Virtutibus Condecoratissimam, FLORENTINAM CA-  
THARINAM WAHLIAM, Viri Nobiliss. Spectatissimq; DN.  
HENRICI WAHLII, Quartarum in Inlyta Urbe Patria Ma-  
gister

gibri Graviss. & ad D. Marie Antisiss Prudentiss. Eiliam natus majorem;  
hanc ambire coepit, & consentientibus utriusque partis Paren-

tibus <sup>XIV.</sup> Novembr. c<sup>lo</sup> loc xvii. sibi desponsatam d. IX. Ja-  
<sup>XXIV.</sup>

nuaris Gregoriani, sive, ut Stylo Nostroutamur, D. XXIX. De-  
cembr. d. a. præviâ Copulâ Sacerdotali in Thalamum auspiciatissi-  
mum duxit, Nuptialibus Feriis splendido apparatu celebratis.  
Quam jucundâ, lata atq; laudandâ vita & officiorum societate,  
quam illibato amore, mutuâq; castitate cum tam amabili & Le-  
tissimâq; Conjuge suâ vixerit Anima Beatiss. præstat silentio in-  
volvere, quam ut tot vulnera recrudescere faciamus. Quamvis  
enim hactenus tantâ felicitate gavisus esset B. D. ut ipius de-  
spensa partibus fortuna videretur; munera tamen sibi & hic,  
& ibi, delata cum pervigili curâ, & industriâ planè inimitabili  
ita administraverit, nihil ut intermisso unquam fuerit comper-  
tus illorum, quæ ad illa recte strenueq; perfungenda spectarent,  
quin potius tot extraordinarios & à Statione suâ quandoque alienos  
labores, ne hora ulla iisdem destitueretur, avidè arripi-  
erit, ut solertia indefessoque studio paucos pares, superiorem  
nullum aut Athenæum Patrium, aut Nostra viderit Academias  
quid mirum, tot opera, tot vigilia, tot itinerum molestias  
vires Celeberrimi VIRI usque adeò defatigasse ac debilitasse, ut  
diuturnam exinde ægritudinem tandem contrahens (cujus affe-  
ctum Medicis reliquit dijudicandum, d. xii. xxii. Aprilis Letum fe-  
ralem petere fuerit coactus? Arbor certè gravi pressa onere fran-  
gitur, quanto magis Homo gravioribus studiis ac curis Ecclesiæ  
ac Reip. Literariæ litantibus, prorsus immersus. Nullis equi-  
dem parcebatur Pharmacis, sed, adhibitis debitiss auxiliis, spes  
subinde recuperandæ pristinæ valetudinis affulgebat, donec tan-  
dem vis mali haut unius contumax medicamina eluderet aut  
elideret universa, usque adeò ut, naturâ morbi violentiæ suc-  
cumbente, extremum lese mox acturum esse spiritum ipse B.  
D. præfigret. Hanc tandem propius imminere persentiscens,  
ardore incredibili desiderabat solvi per Analysin beatam, & pro  
mortas

mortalis brevioris vitæ conditione immortalitatem consequi an-

helabat, voti hujus compos factus D. —<sup>I.</sup> Julii a. c. post Horam  
xi.

III. Pomeridianam, ubi, Epulo prius sacro à Venerando Mysteriorum  
Præbitore instruū, rebusque domesticis bene ordinatis, non secus  
ac conviva satur à mensâ se subducens; aut viator, qvi mole-  
stias itineris varias gravesqye exhaustus, se quieti sine strepitu  
composuit, &, indormienti similis, animam in manus Creato-  
ris, à qyo eam acceperat, resignavit, cùm in hæc erumnosâ vitâ  
transiisset annos XXVIII. cum 2. Mensibus addito insuper Biduo; cum  
Suavissimâ verò Conjuge saltim VI. Menses cum Biduo vixisset. Ma-  
gnum, fateor, ECCLESIAE AC REIP. UNIVERSÆ LITE-  
RARIAE ex præmaturo obitu isto suboritur dispendium! qvan-  
doquidem UTRAQUE non solùm spem de edendis ab Ipsi elabo-  
ratisq; Scriptis, partimque Operibus amplissimis, nimirum (1.)  
Duplici B. Lutheri Versione Biblicâ (2.) Historiâ Concordianiarum,  
(3.) Baronio antè refutato, quam extitit, (4.) Emstro Plagiario,  
(5.) Gouartio Flaci Depravatore, (6.) Omnimoda, & Historicarum &  
Dogmaticarum Depravationum, detectione (7.) Gedano Literato,  
(8.) Variis Rarioris Argumenti Disputationibus, egregiè conceptam,  
uno velut ictu concidisse, conqueritur; sed insuper VIRUM  
Consummate Eruditionis, qviq; in SELLINO & KORTHOLTUM,  
h.e. Theologum ac Philosophum Perfectum, & CASALUBO-  
NUM, i. e. Magnum in Orbe Literato Nomen, non tam pol-  
licebatur ac spondebat, qvam in viridi jam ætate exesse refere-  
bat atq; præstabat, sibi eruptum cum lacrymis dolet. Accu-  
sabat mortis injuriam Academia bac, in qvâ multos rigavit,  
plantavit & ædificavit; in qvâ Ordinis sui decus stabilitvit ean-  
demq; Scriptis applausu omnium dignissimis illustravit; &  
in qvâ, ut multa vel tribus eloquar verbis, Collegis suis plurimis  
experimentis testatum fecit, nihil in vitâ & Academiâ esse ju-  
cundius qvam munere mandato ritè fungi, voce & calamo  
inclarescere, interea verò inter Suos amicitiam infuscatam cole-  
re, neminemq; cum animi molestia dimittere. Hæ virtutes,  
hæc industria, ut toties laudavimus, ubiq; in B. MOLLERO  
D relu-

reucebat! Gedanense Atheneum pariter spes sibi plurimas fingebat  
& pulcherrimas, & in B. Nostro KECKERMANNUM sibi al-  
terum promittebat. Fingebat sibi spes luculentas ipsa Urbs Pa-  
tria; &, dum MOLLERUM Patrem respiciebat & Filium,  
in Filio SALOMONEM suum alterum renasci sibi judi-  
cabat. Ast heu! miseram vitæ conditionem, constantem in in-  
constantia, & in solâ mutabilitate immutabilem! Qui doctrinæ  
tanta incrementa indeptus, Patriæque pomeriis insertus, ejus-  
dem, Ecclesiæque suæ, saluti velificaturus credebatur, confeccio  
brevi vitæ spatio, vellit actor è scena discessit, personamq; su-  
am posuit; Ilicet! Actum est! Gaudemus tamen & iterum ef-  
ficacissimo solatio Nos erigit, qvōd licet opinione hominum  
citius decadent VIRI præclarè Meriti, nihil tamen eorum de-  
cedat perfectioni, non enim diuturnitatē, sed bonitate homi-  
num vita æstimatur, non quamdiu, sed quam bene vixerimus,  
refert, ac virtus & eruditio monumenta nobis erigit, Mausoleis  
omnibus perenniora. Qvō collimat illud Sap. IV. vers. 7. 8. 9.  
Justus si morte proctenatus fuerit, in refrigerio erit, Senectus enim  
venerabilis est, non diurna, neq; annorum numero computatur;  
CANI autem SENSUS HOMINIS, ET ÆTAS SENECTU-  
TIS VITA IMMACULATA. Proxime, inter Gentilium te-  
nebras, ad mentem accedit Sapientissimus; idemq; Philosophus Ma-  
ximus; SENECA, quando Marcam suam Consolat. Cap. 20. sic  
alloquitur: O ignaros, inquietis, malorum suorum, quibus non  
Mors ut optimum inventum Nature laudatur! que sine felicitate  
includit, sine calamitatem repellit, sine societatem aut laetitudinem se-  
nia terminat, sine juvenile ætate, dum meliora sperantur, in flore de-  
clinet, sine Pueritiam ante diuiores gradus revocat: omnibus fini-  
muleis remedium, quibusdam votum, de nullis melius merita quam de  
bis, ad quos venti, antequam invocaretur. Hæc felicitas eti per-  
rata est paucisq; clausa judicis benignitate, contingit, tamen  
ratio ejus impetranda tanto certior constat piè potentibus;  
dummodo in proposito petendi persistant, divinæq; voluntati  
cui repugnare nefas est, obsequantur. Ita namq; fit, ut condi-  
lum obtemperantibus prosperum eveniat, & conditio vitæ mi-  
sera non tangat animum, multò rarius dissidentem sibi dejiciat,  
sola.

Solatiique expertem confundat. Ad hanc emigrationem omnes  
actiones suas, per totam vitam, componebat B.D. Symbaloque suo  
ex I. Corinti b. II. vers. 2. deprompto : Non iudicavi me scire aliquid in  
ter vos, nisi Iesum Christum; Et hunc crucifixum, in vernacula: Ich hieß  
mich nicht dafür / das ich etwas wüste unter euch / ohn allein Iesum  
Christum den Heiligen/ undique lese conformabat, quando-  
quidem & sub finem placidissimi exitus id ipsum, IN CONCI-  
ONE FUNEBRI, TEXTUS loco, commentatione illustrari  
jussit. Hujus Crucifixi Meritis tam constantissime innixus, qui  
vanitates hujus mundi despicit, non potest non in sempiternæ  
felicitatis portum configere. Eodem hoc solatio ad firmitudi-  
nem revocabunt animo, MATER B. D. Nobilissima, MA-  
TRONA Sanctissima, itemque VIDUA dolore fermè prostrata,  
æternæque istius gloriæ recordatione lugubrioris pectoris acer-  
bitatem sublevabunt, lacrymis terminum ponent, singultus  
suspendent, ac FILIO respectivè & MARITO tam sanctam  
quietem, tam inexplicabilem, quā fructur, cœli lætitiam indulge-  
bunt. De Martio Rege, Catonis Majoris Collegâ, refert VALER.  
MAX. Lib. 5. c. 10. quod Filium amiserit, &, quam non parvam ca-  
lamitatem fuisse asleverat, Unicum; hanc ob causam vix solandi  
afflctum parentem remedia sufficientia suppeterabant. Matronæ  
illi Nobilissimæ majorem fortè adhuc lugendi ansam præbet, qvòd  
non solum Unicus, verū & idem Propaginis sua Virilis Ultimus  
decesserit; sed fortiter iterum erigit, qvòd multa memoriarum  
sua, nullo ævo peritura, monumenta reliquerit, eoqve ipso in  
seros posteros propagaverit. MOLLERIANI NOMINIS Di-  
gnitatem. Imò in ancipiū hæremus; felix ne an infelix dicendus  
sit B. Noster, qvod Filium ex Dilectissima CONJUGE suscipi-  
endi gaudium præcipiti morte ipsi sit ereptum? Ita enim No-  
bis persuasum semper habuimus; magnam quidem esse felici-  
tatem, Filios habere, & Nominis & Bonorum heredes, sed  
nisi & virtutis sint, satius ducimus nullos genuisse; qvā in re,  
nisi manibus nostris formentur, & à curâ nostra, nobis super-  
stitibus, dependeant, vix sine curâ & anxietate horam decre-  
toriam licet expectare. VIDUÆ verò B.D. Examina Clarissima.

conditionem maximè omnium deplorandam censemus, qvip  
pe qvæ, in lugubriori viduitate & solitudine abs MARITO De-  
sideratissimo relicta, tantò magis sortem suam miseratur &  
acerbissimè luget, qvantò savor in vitâ exitit animorum con-  
junctio. Lamentabiliter sanè angitur & lugubriter diverbera-  
tur saucius & cum enormi solatii deliqvio conflictans amor,  
ciet ululatus, videt nec videt, cursu fertur, miserabile est ejus  
silentium & loquitur dolentius; qvod, nisi omnia me fallunt,  
in Maſtiffmā VIDUA MOLLERIANA, satis superqve pro-  
dant, & vultus ille lamentabilis, & manus in altum extensa,  
& distortio culi, & cor & nudata vulsaq; Solum, qvod in coe-  
lis residet, Numen benignissimum tollere poterit tanta istius  
mœstitia, alioqvi insuperabilis, onera, & qvidem tam citò  
tamq; facile toller, ut experiatur, nihil ipsius voluntati clausum  
incognitumq; esse, sed divinæ ejus providentia adeo inaccessa  
consilia, ut tristia etiam atq; iniqviora fata in utilitatem nostram  
convertat. Cùm itaqve EXUVIÆ Celeberrimi THEOLOGI

ac PHILOSOPHI d. <sup>XII.</sup> juli in puer admodum elapsi cum  
<sup>xxii</sup>

pomposis exeqiarum tristium ceremoniis, habitâqve prius  
in Æd. ad S.S. Trinit. Concione Funebri, in Templo Gedan-  
ensi Primitrio, qvod B. Virgini Sacrum est, TUMULO  
GENTILITIO sint illatæ, omni tam Eruditissimi VIRI reditu  
nobis posthac præcluso; vix jacturæ illius; immane qvantæ!  
resarcendi spem concitari posse, ac si preces ad DEUM OMA  
fundamus ardentissimas; Ut nunquam nobis deesse patiatur,  
qui ad virtutes, ad pietatem, ad summum illud eruditionis hu-  
manæ culmen, quod B. MOLERO Nostro contigit, omni  
nisi igneoque impetu se se componant, sed resuscitet proximè,  
qvi largâ divinæ benedictionis gratiâ & Sancto ipsius  
Spiritu instructi & adjuti, Academiæ salutem cum fructu  
& emolumento Studiose Juventutis promoteant, Ecclesiæ  
verò navi prudenter gubernandæ sufficient, jam remis incum-  
bentes, jam vela eripientes vento, jam anchoram jacentes,  
salviqve ac incolumes evadentes! Ad extremum verò con-  
ver-

Cubib[us] q[ui] o[mn]ib[us] d[omi]ni c[on]veniunt sicut  
v[er]timur ad Vos, CIVES OMNIUM ORDINUM ACA-  
DEMICI, q[ui]ibus virtus, candor, eruditio B. D. jam pridem  
coram innotuit, plurimi quoque haut exiguum fructuum, ex  
Institutione Academicā perceptorum, partem eidem gratissi-  
mo pectore referunt in acceptis, imo unicè transcribunt. Ce-  
remonia namque Funebres, Gedani peractæ, cum afficiant  
Amicorum peregrè habitantium animos; Nos insuper qui ali-  
bi locorum, per longinquā itineris intervalla sejuncti, iis in-  
teresse Corpusque exanime comitari ad Tumbam haut potui-  
mus, prosequitamen h[ab]eas scritio[n]e, non tam Ultimā Ipsius  
voluntate admoniti, quām Officii, quod in præsens sustinemus,  
ratione adducti, voluimus. Corpore licet Eundem aliquanti-  
sper remotiorem fuisse compertum habeamus, animo nihil omi-  
nus præsentissimum semper fese præstissemus, innumera argu-  
menta edocuere. Et qui animis eripi potuit, qui tot ingenii  
monumenta reliqvit, in quibus legendis ac relegendis quotidie  
omnes delicia nostræ collocabantur, Cujusque Nomen  
accuratamque Doctrinam nullum ferè Scriptum, in quocun-  
que orbis Europæ angulo evulgatum, dissimulare potuit? Fi-  
dem Vestram obtestor, STUDIOSI JUVENES Nobilissimi, ut  
liberè eloquamini, num ullo Doctoris Boni ac perfecti requisi-  
to B. D. fuerit destitutus? Quæ enim ær[ea]m Ecclesiam DEI  
vexant, quæ turbæ cursum Reip. inhibent, quæ odia & con-  
certationes statum familiarem dilacerant, plerumque informa-  
tioni minus dextræ Professorum Academicorum (sæpe citræ ci-  
mnam fui culpam) à Scholaribus imputantur. Ecquis verò  
MOLLERUM talis culpæ jure quodam insimulare poterit?  
Nunquam crederem, & credit Universa Academia h[ab]et, quietiora  
visura esse tempora Ecclesiam, nunquam eandem clandestinis Hæ-  
reticorum insidiis, vel apertâ Tyrannorum violentiâ impugna-  
tum iri, si genuini Disciplinæ MOLLERIANÆ, aut iisdem similes;  
Alumni ejusdem clavo præficerentur, populumque simili fide  
erudirent de suggestu, castis evolverent anticipites a mulo stu-  
dio, & pari animositate contra Hæreticorum phalangas in  
aciem exirent. De proferendi dono, quod dicunt, apud ple-  
ros.

D<sub>3</sub>

fosque altum est silentium, quasi cum eruditione individuo  
nexu cohæreat, quique Functionum Academicarum aggredi-  
diantur onus, eosdem & necessario concomitetur. Fallunt  
& falluntur, qui promiscue id afferere ausint, quahdoquidem  
per experientiam, rerum magistrorum, & innumera exempla,  
demonstrare liceret, dono isto se destitutos Magnos sapientia  
Seculi Viros fuisse conquestos, idemque probaturum necra-  
tiones forte deficerent, nisi Programmatis modum jam de-  
muni cerneremus Nos excessisse. Nostrum vero singularis  
facundia, cum rerum nervis, ingenioque acumine ubique  
comitabatur, nec ex ore mellifluo quicquam facile provenie-  
bat, quod non aures Audientium mira suavitate expleret, pe-  
ctus sapientia tingeret, ingenium autem quotidie exerceret,  
adeoque memoria sese ultro insinuaret, judicium autem per-  
poliret, altiusque rimandi utrique uberrimam materiem sup-  
peditaret. Neque, velut in cumulum perfectionis suae, Do-  
ctorina solum in admirationem rapiebat suos B. D. sed exem-  
pli quoque prælucebat iisdem usque adeo, ut ancipites protus  
hæreamus, an hoc, an illa plus ædificaverit? Asseverare inte-  
rea nulli dubitamus, utramq; virtutem in uno eodemque Sub-  
jecto suaviter conspirasse, unam tamen cum altera de Princi-  
patu contendisse. Hæc inquam, CIVES ACADEMICI  
OMNIUM ORDINUM HONORATISSIMI, Vos com-  
movebunt, ut luctum Nostrum impensissimum Vobis com-  
munem esse reputetis, & apud animum expendatis, quantum  
in Unius DOCTORIS hujus obitu perdiderit JUVENTUS  
ACADEMICA, pariterque totus, quaquam patet, Orbis Lite-  
ratus. Benè itaque precemini Ipsi requiei, benè Ecclesiæ,  
benè toti huic Academiæ, quod resusciteret DEUS porrò saluta-  
ria Utrique Organum! Vigebit in Cordibus nostris, donec Spi-  
ritus hos artus reget, vigebit in Annalibus nostris, donec po-  
steris de iisdem constabit, MEMORIA MOLLERIANA,  
quam nec seri tacebunt Nepotes, Spiritum Virtutemque VI-  
RI in Scriptis æstimaturi ac admiraturi! De cætero, o Nostræ,  
luctuosissimo hoc exemplo concitati, calcar etiam studiis Ve-

stris

Ibris addite, & ita eorundem dirigitur cursus, ut in iuventute  
senilem prudentiam comparasse, inculparamque vitam egisse  
post obitum æternæ Vobis gloria cedat. Quis enim mortalem tempo-  
ralem metuat, cui æterna promittitur vita? Quis labores  
mundanos respuat, quum se in perpetuâ requie noverit collo-  
candum? Quâcumq; verò, ut ANSELMUS, Sancta Reg-  
ligione Pater, ait, horâ iustus moriatur, iustitia ejus, i.e.  
laudabilis Deoque acceptus vita cursus, non afferetur ab eo,  
& ita mors non obest; imo multum prodest eis: quia, si quid  
peccati contraxerunt per humanam fragilitatem, relaxatur:  
per mortis acerbitatem. Instruet & animabit Vos, ac Nos  
met ipsos pariter, illud MARTIALIS, Poetæ:

Expectant curæque catenatique labores:

Gaudia non remeant, sed fugitiva volant.

Hac utrâq; manu, complexuq; assere toto;

Sape fluit in uno sic quoque lapsa finit.

Non est, crede mihi, sapientis dicere, vivam.

Sera nimis vita est crastina: vive bodie!

Optime tamen omnium à formidine mortis Vos  
arcebit illud IDIOTÆ, Viri Sanctissimi, Lib. de Contem-  
ptat. Mort. §. 1, inquietis: Sicut omnes Stellæ, que ab  
Oriente veniunt, quamvis sint magna celeritatis & virtutis,  
tendunt tamen ad occasum, & ibi, secundum diversos circulos  
alia tardius; alia ocyus sese à nostris aspectibus abscondunt  
Sic etiam homines universi ab Oriente, id est, per nativita-  
tem, intrant in mundum, quamvis ibi aliquandiu rutilent &  
clareant, necesse est tamen, quod tandem, alti citius, se-  
cundum cursum durationis, quam à DEO acceperint, venio-  
ant, decidantque & à mundi aspectibus sese subtrahant &  
recedant. Talia, ut ubique ex Elogio hoc Funebri  
patescit, meditabatur quotidie B. D. Exemplumimi-  
tatione

tatione dignum Vobis relinquens. Feliciter quis; ut ve-  
rè dixit GREGORIUS M. in alterius funere medi-  
tando studium locat, quod in suo adornando remedium ferat.  
Nil itaque reliquum esse putamus, quam ut iisdem con-  
cludamus verbis, quibus primas Programmatihs hujus  
duximus lineas: FALLAX ET INSTABILIS EST  
NOSTRA OMNIUM VITA, INSTAR RAPI-  
DISSIMI FLUMINIS, INSTAR AMENTATI  
JACULI, SICUT SAGITTA EX MANU PO-  
TENTIS, ITA COMMUNI NATU-  
RÆ LEGE AD MORTEM DE-  
CURRIT ET EXCUTITUR!

Valete!

P. P. Sub Sigillo RECTORATUS,  
ipsâ Dominicâ IIIX post Trinit.

clc lcc llc,









Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn756287162/phys\\_0039](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756287162/phys_0039)

DFG






Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.

the scale towards document

ges ac Principes s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> attoniti audire: Su-  
eminentis vim, non secus ac Demosthenici  
petum imperij Proceres s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> sensere. De-  
s non tantum privati, sed & publici partibus,  
minis forma, de religionis purioris vindicijs,  
ibus recte instituendis, litium prolixis telis  
ad publicam salutem conservandam necessa-  
ovellorum nostri ævi, novas Utopias somni-  
luit alter Sulpitius, studio, usu, experientia, &  
sed & archivis actisq; publicis haustâ scientia  
olanè lepore differebat. Deniq; Encomio Lucij  
ctorū disertissimū & oratorū juris peritissimū  
t. Accedebat naturalis cum decenti venustate  
ta gravitas, in divino cultu pietas, in homini-  
s, in negocijs expediendis dexteritas, in adver-  
peris continentia, in fortunæ instabilitate  
quâ bonæ conscientiæ scuto munitâ, omnes  
imniatum, invidiæ & livoris iclus ac mortus  
repulit. Aulicis negocijs gravibusq; causis  
& occupatisimus fuerit, semper tamen  
n respexit, ejus ut quondam alumnus, ita  
as defensor, imo & excultor perpetuus fuit.  
viro consultissimo Joanne Albino, pandectarum Pro-  
dente, eidem in officio suffetus & in collegium Juridici  
us fuerit; præstitit se quoq; in hac vita statione fidum  
tiones crebræ, publicæ curæ & molestiæ, eum aulicos &  
tiri & Labeonis JCt ex exemplo annum quasi cum labori-  
quibus tamen cum sensim nimis irretiri & aulæ astringi  
caria viri consultissimi Christiani Obmichy J. D. eximij,  
demicum sibi creditam, luculenter feceravit. Virtuti-  
n adversus affectuum motus, & adversitatum impetus  
navit, seq; invictum reddidit: ast à morbis corporis se-  
otius quod animo fortior, ed semper fuit corpore debilior:  
um in itinere quodam officij ratione sucepto, correptus  
ti initio typum tertianæ simplici gessit, ita non multò  
sentavit, & inædis inducijs indulxit, majori paulò post  
tuans, incrementum sumpsit, in quartanam degenerans,  
Accesserunt lienis & mesaræ obstructiones, & quar-  
oles scorbutus, perennis iudem à capite ad fauces & pul-  
ascens indelinens tusus, cuius vehementia, venula pul-  
monum